



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



J. N. D. N. J. C.  
DISPUTATIO INAUGURALIS //  
JURIDICA.

XXX. *Theses*  
EX JURE VARIO,

*Quas*  
DIVINO FAVENTE NUMINE

In  
ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
*Rectore Magnificentissimo,*

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO WILHELMO,

ELECT. BRAND. HÆREDE &c, &c, &c.

*Consensu Superiorum*

PRÆSIDE

DN.D. CHRISTIANO THOMASIO

Conf. Elect. Brandenb. & Prof. Publ. ac Facult. Jurid.

h. t. Decano

PRO LICENTIA

*Summos in utroque Jure honores ac Privilegia capeffendi*

IN AUDITORIO MAJORI

Publicæ Disquisitioni subjecit Autor & Defensor

CHRISTOPHORUS FRIDER. PLATHNERUS,


Ex Imperiali Mülhusa,

Ad D. 3. Augusti Anno M. DC. XCVII.

---

HALÆ, Typis CHRISTOPH. SALFELD. Reg. El. Brand. Typogr.





J. N. D. N. J. C.  
THESES JURIDICÆ  
Ex  
JURE VARIO.

Thes. I.

*Pactum hodie tantum producit actionem.*



Jure enim Romano pactum semper intelligebatur *nuam* h. e. *non vestitum* causa vel nomine ad procreandam *actionem* efficaci. Cui rectè jungimus etiam Jus Canonicum, utpotè quod etiam hîc Principum constitutiones sequi non dedignatur, dum eandem juris fovet rationem, nec aliud expressè disponit, *arg. c. 5. X. de dolo & contumacia*, siquidem *c. 1. X. de pactis* non solum nihil magis continet quam *l. 1. ff. de pact.* sed etiam nihil *decidit*. Nec igitur opus est ortum actionis ex pacto acceptum ferre Pontificum canonibus, sed germanis Germanorum duntaxat moribus. *Mev. p. 5. dec. 408.* quando posthabitis nimis Juris Civilis subtilitatibus ex pacto quoque indulserunt actionem, non vero in plena Juris Civilis receptione sustulerunt pactorum differentiam & contractuum, nec pacti naturam ad stipulationis indolem restrinxerunt, ut adeo dici nequeat, in pactis hodiernis tacitam intercesse stipulationem. Unde & pacta ratione objecti prohibita nostri mores Juris Civilis dispositioni reliquerunt intacta e. g. pacta de hereditate tertii *l. f. C. de pact.* circa testamenta *l. 3. ff. qui testam. facere possunt*, circa alimenta *l. 8. de Transact.* Ex quibus omnibus abundè patescit, quod

A 2  
operam

operam perdant, qui, etiam Jure Civili cum Mæstentio pacto actionis efficaciam adscribunt, si fuerit *deliberatum*, quoniam non *indeliberata* voluntas pacifcentium (pactum enim nudum non patitur aliam divisionem per l. 45. ff. de pact.) causa impulsiva legis prohibitive fuit, qua cessante etiam lex cesset, sed ipsa lex e. g. ex pacto non detur actio, efficaciam subduxit pacto, sine reservatione vel restrictione omnis causæ.

Thef. II.

### *Pœna Sponsalibus adjecta Jure Civili nulla est.*

Est quippe ejusmodi pactum contra bonos mores l. 134. de V. O. l. fin. C. de Sponsal. quam æquitatis rationem etiam comprobatur Jus Canonicum c. 29. X. de Sponsal. & matr. Atque puto sufficere ad differentie rationem ab arrhis hanc à Pontifice notatam & ab Imperatore intentam: *ne comprimat libertas matrimonii*, nec opus esse ex l. pen. C. de Sponsal. hanc negativæ affingere restrictionem, ac si prohibitio pœnæ de non servatis sponsalibus ad justitiam vel injustitiam causæ respiciat Præterquam enim, quod in dubio pro libertate judicandum sit, l. 20. 56. de R. J. nullatenus invertendum est argumentum, cur ideò etiam non prohibuerit arrham Imperator; absurdà enim est conclusio: Imperator prohibuit pœnam in Sponsalibus simpliciter, ergo prohibuit tantum dissolutionem ex injusta causa, vel quia prohibitio odiosa, vel quia ratio nos latet. Cum non legitime favorabile ab odioso juris diffingvatur, dum versamur in concedenda libertate, & non in dispositione contra legem. Deinde etiam extra sphæram positæ quæstionis est: an justa vel injusta solvendorum sponsalium causa adsit? & hoc judicium magis ad obligationis circa adjectam pœnam contractæ præstationem, quam contrahendæ confirmationem pertinet.

Thef. III.

### *Pupillus non obligatur civiliter.*

Si quando pupillus obligari dicitur, *naturalis* non *civilis* intenditur obligatio, & tùm, si locupletior sit factus in quocunque illud sit contractu, excepto mutuo. Hujus positionis fundamentum in hac struitur Regula: *quod pupillus ne quidem*

*dem naturaliter obligetur, cujus exceptio est, quando fit locupletior arg. l. 10. de O. & A. Hæc nunc Regula pessimè invertitur ab aliis & civilis tunc obligatio præsupponitur, quoniam actio datur l. 3. commodati & pupillus conveniri potest, ubi de Rescripto D. Pii sermo est l. 5. de Aut. Tut. l. 1. de Const. Princ. l. 37. de O. & A. quæ tamen omnes leges non confirmant obligationem ut civilem sed ut naturalem, quam non largitur D. Pius, sed Pius ille removet obstaculum Juris Civilis, quò impediabatur obligationis effectus, atque ita D. Pius se sistit ut causa sine qua non; minimè v. ut causa efficiens obligationis vid. l. 14. de cond. ind. l. 13. ibid.*

#### Thef. IV.

### *Possessor potest mutare causam possessionis suæ.*

Licet enim communis refragetur opinio, attamen l. 1. l. 6. pr. pro Emptore adeo claræ sunt ut operæ pretium sit disquirere, penitius in sensum l. 19. §. 1. de A. vel O. Poss. l. 33. §. 1. de Usurp. & usuc. Et si Regula in l. 33. §. 1. d. t. curatius legatur, ex l. 19. d. t. desumit suam explicationem, quod nempe de plena animi & corporis possessione sit intelligenda vid. Dn. Br. ad ff. in l. 19. §. 1. de A. vel O. poss. & magis se explicat ad Codicem in l. 23. de loc. & cond. per verba nuda voluntate. Magna enim ex parte possessio facti est. Quibus addit Pacius in legibus conciliatis p. 590. quod dolus non mutet, qui plerumque intervenire solet. l. 5. C. de A. vel A. P. l. 23. C. de loc. & cond. Interim tamen semper antiquus præsumitur titulus donec alius probetur Wesenb. p. 1. conf. 4. n. 125. nisi à Jure præsumatur e. g. si Vasallus fundo feudali aliquid inædificaverit.

#### Thef. V.

### *Actio Empti datur ad præcisam rei conventa traditionem.*

Vid. l. 11. §. 2. l. 30. l. 50. de A. E. V. l. 68. de R. V. & c. quæ totum legum oppositarum acervum destruunt, & quoniam ineptus libellus dentibus est lacerandus, non ex incogitantia Imperator in l. f. C. de fideic. libert. eum Judicem stultum appellat, quod contra petitum actoris de retradenda, judicaverit. Nec enim puto

libellum legitimè esse conceptum, si petatur *simpliciter* interesse, nec id confirmant *l. 10. C. de A. E. V. l. 4. ibid.* in quorum priori textu temporis fit mentio, in secundo contumaciæ, ex quibus adjunctis non solum casus singularis patescit, sed etiam comprobatur, quod obligatio aliàs præcisè rem concernat, nisi res plane non possit tradi, vel Venditor ad petitum interesse præstandum se offerat.

Thef. VI.

### *Civitatibus Imperialibus plene competit Superioritas territorialis.*

Quoniam Status sunt. *Strauch. diff. Exot. 4. tb. 22.* Non solum quoad jura civilia, sed & ecclesiastica *imperantibus* in Civitate competit definiendi potestas. R. J. 1555. §. und in solchen s. nachdem aber. Nec pacta Magistratûs cum civibus, quâ taliâ, cives hujus potestatis faciunt participes. Multominus obstant, aliorum quondam somnia, eam superioritatem iis Civitatibus stramineis ex argumentis denegantium *vid. instr. Pac. art. 8. §. 1. & in universalibus. conf. Londorp. Acta publ. lib. 2. de anno 1641. usque ad annum 1646. cap. 115.* Quod enim dignitatem personalem attinet quasi eam Civitates non habeant, difficilis & absurda inde fit illatio ad superioritatem territorialem, dum illius respectus personalis in consideratione inter Statum & Constatum ratio habenda est. *vid. Londorp. Act. Publ. p. 6. contin. 2. lib. 3. c. 43. & sequ. : it. p. 9. cont. 5. c. 26.* ubi questio illa agitur: cur Elector Electoris legatum præcedere debeat in Comitibus? item *cap. 4. & sequ.:* in quibus prolixior adest tractatio de controversia super prærogativa & præcedentia inter Principem Nassaviensem & domos in Principatum evectas Hohenzöllern, Eggenberg & Lobkowiz.

Thef. VII.

### *Status Imperii forma consistit in Jure Voti & Sessionis in Comitibus.*

Non vero fundamentum est in *Matricula*, quæ tantum determinat, quantum in Collectis Imperii, quoad bona immædiata solvendum *vid. Londorp. in Act. Pub. p. 10. cont. 6. c. 179. & sequ.* ubi de nova conficienda *Matricula* agitur. Et bona immædiata



diata non statim faciunt *Statum*, licet prærequirantur, ut jus Status fundetur. Non etiam in *Circulis*, qui exequendis Imperii legibus sunt destinati. Sed in *Voto decisivo* in Comitibus, non præcipue omnibus sed quibusdam. Quamvis diffidendum non fit; etiam si Jus Status omnibus æqualiter competat, vid. *Londorp. in Act. Publ. de anno 1641. usque ad annum 1646. cap. 115.* quod nihilominus multæ competant prærogativæ Electoribus & iis Imperii Statibus, qui præcipuo juris *potentatus* exercitio fruuntur, siquidem id Acta Londorpii & Goldasti aliorumque ex habitis conferentiis & Scriptis abunde confirmant.

Theſ. VIII.

*Majoritas Votorum in Comitibus non concludit in causa Religionis.*

Majora enim Vota concludunt in negotiis Societatis & ab arbitrio humano dependentibus, potestas autem hominis nihil potest statuere de *interno* Religionis cultu. Imbecillitatis quippe, non superioritatis res est, vinci per Vota majora, & sic multo minus hoc pacto fidei determinatio fieri debet. *l. 17. §. 6. de Rec. & qui arb. rec. Grof. de J. B. & P. l. 2. c. 5. n. 17. conf. Lampad. de Rep. p. 3. c. 14. §. 34.* qualis libertas Statibus Imperii, ubi de causa Religionis in Comitibus agitur, est relicta, dum per amicabilem compositionem, & non per viam juris ordinarii proceditur. *conf. Lond. Acta Publ. p. 6. cont. 2. lib. 3. c. 36. R. J. 1512. §. es sollen auch R. J. 1521, §. würde sich. Instr. Pac. art. 5. §. 10.*

Theſ. IX.

*Jus Protectionis non imminuit Superioritatem territorialem.*

Cum non conferat Jus Protectionis aliquid præter simplicem tuendi potestatem, etiam si Protectori præstetur *die Erb. Zuldigunge* unde tantum communio quorundam jurium inferenda est. *Besold. voc. Zuldigung.* Ut enim homagium per se non facit subditum, ita nec ejus cessatio tollit jus subjectionis. De Civitate Argentoratensi vid. *Acta Londorp. p. 2. lib. 5. c. 28.* Omnis tamen Protectori exhibeatur reverentia, & quidem, sine vin-

vinculo subjectionis, quodcunque etiam intervenerit fœdus  
*Grot. de J. B. & P. lib. 1. c. 3. n. 2. Arnif. c. 4. n. 1. de Jure Maj.* licet Sub-  
 jectio exinde emi possit facilè. *Mindan. lib. 2. c. 4. n. 7. de Process.*  
 quare hic de fide Vasalli multominus est dubitandum, quando  
 ejus Princeps cum Domino directo, bellum gerit, quod Prin-  
 cipi subjectionis jure assistat. *conf. de hac materia prolixius Acta*  
*Londorp. cit. loc. c. 47.* At vero in Statibus Imperii ex protectio-  
 ne Cæsaris aliud nectunt dubium; quando subditis contra Se-  
 natum Civitatis imperialis concedit protectoria, quod tamen  
 facilè evanescit, si magis cautè potestas Imperatoris ut Superioris  
 à jure protectio (quod regulariter de extraneis dicitur) discer-  
 natur, dum & ille nonnisi præcedente causæ cognitione manus  
 injicere, multominus *illimitatum* solet concedere protectorium.  
*Rösler de protectoriis Cæsareis.*

Thef. X.

### *Judicat a Camera valent in vim legis.*

Non dixerim ei competere potestatem *nomotheticam*, ea  
 enim Majestatis est, sed quia Cæsar cum Statibus eam ad jus  
 dicendum constituit vid. *Rec. Spir. 1570. §. damit aber alle Ver-*  
*ordnungen.* Hujus potestatis vero effectus præcipuè in pro-  
 cessus formalibus patescit aus dem *Concept der verbesserten*  
*Cammer Gerichts-Ordnung Jacobi Blumen de Anno 1695. conf.*  
*Londorp. in Act. Publ. p. 6. cont. i. 5. c. 102. & seq.*

Thef. XI.

### *Efficax est conditio Sponsalibus adjecta: si te virginem invenero.*

Nemo enim amplius dubitabit, certa Virginitatis signa dari,  
 quæque probari possint. *L. 15. §. 15. de Injur. & fam. lib. c. 4. caus. 27.*  
*q. 1. L. 11. §. 5. de A. E. V. Deutr. 22. v. 25.* quando igitur inter despon-  
 satos reconciliatio non locum invenit, annullantur sponsalia ex  
 post facto, si desponsata ab alio ante Nuptias deflorata vel cor-  
 rupta inveniatur, *legitimè*, quoniam virginem se non tradidit; ex  
 natura contractus illo modo celebrati. Quare non tradito cor-  
 pore ad obsequium viri apto, Sponsus amplius non tenetur, sed  
 ab

ab omni vinculo in foro tam interno quam externo liberatur. Nec attenditur hic jus Canonicum in nostris Consistoriis. *Gerhard. in loc. de Conjug. n. 111. Dn. Brunnem. ad l. 11. §. 5. de A. E. V. & utriusque decipienti & deceptæ parti licentia aliud matrimonium contrahendi conceditur vid. Nicol. de Repud. & Divort. p. 2. c. 3. n. 42. 43. 44. nisi Sponsus eam esse talem ante Nuptias sciverit, vel ut talem repertam cognoverit l. 13. §. f. arg l. 40. ad L. Jul. de Adult. l. 203. de R. J. Carps. in pr. cr. p. 2. q. 63. n. 61. 62. licet non extendat se hæc conditio pari modo ad sponsum, post contractas nuptias. vid. Nicolai p. 1. c. 2. n. 67. it. p. 2. c. 3. n. 64. 65.*

Thef. XII.

*Liberis ex damnato coitu natis nec Jure Canonico debentur alimenta.*

*C. 5. X. de eo qui duxit in matr. &c.* in quo alii fundant affirmativam, disponit in casu speciali plurimis turpibus circumstantiis aggravantibus circumdato, ut in pœnam potius determinentur alimenta, nisi per *necessaria* ea quis intelligere velit, quæ jure Naturæ debentur liberis, & hæc nec jus Civile improbar. *Brunn. ad arch. ex complexu C. de incest. Nupt.* Cum igitur in pœnalisibus de casu ad casum non fiat extensio regulariter, puto forum nostrum canones non secutum esse, sed potius de jure suo confiscandi bona incestum committentium non nihil remississe, quod partus *necessaria* habeat alimenta, quam sententiam dicti cap. posteriorum, etiam videtur confirmare *c. 6. X. qui filii sint legitimi vid. Peregryn. de Jure fisci c. 18. n. 55. l. 7. de bon. damnat. Gudelin. de jure noviss. lib. 5. c. 15. it. c. 19. p. 252.*

Thef. XIII.

*Lepra superveniens non tollit Matrimonium.*

Non obstante, quod hæc conditio in contrahendo matrimonio subintellecta sit, nisi quicquam notabiliter turpe aut enorme supervenerit *c. 25. vers. quodsi post. X. de jurejur.* sermo enim in thesi est, de Matrimonio quatenus pro Nuptiis sumitur & Jus corporis est translatum, nec amplius res consistit in nudis conventionum terminis *vid. Suth. Diss. 2. n. 20. ad Inst. ex quo jure,*

B

sequi.

sequitur quoque obligatio ad præstanda conjugalia debita, sub quibus & onera & commoda comprehenduntur, inter quæ etiam est morbus lepræ *c. 2. X. de Conjug. leproso. 1. Cor. 7. v. 3. Gloss. in c. 1. d. 1. vers. ministrent.* Licet enim, quoad separationem thori & mensæ alii cum Engelio in Colleg. Univ. J. Can. ad tit. de Conjug. leproforum distinguant inter *magis* & *minus* periculum, ex ipsis tamen Engelii verbis non adeo rura ex hac distinctione judicanda est hæc matrimonii imminutio, quando refert, *quod judicio Medicorum ordinariè in femina virum admittente morbosum, notabile non contingat periculum.* Sed conjux nonnisi certo in mortis periculo ex moderamine naturalis defensionis, quod societas hæc conjugalis non sustulit, rectè marito concubitus denegat Sanchez. *de Matrim. 7. Disp. 95. n. 34. Nicol. de Repud. & Divort. p. 2. v. 4. n. 203.*

#### Th. XIV.

### *Votum Filiifamilias non est obligatorium.*

Quæ hic opponi possent de voto, quod sit aliquid spirituale in quo filiusfamilias ponitur extra patriam potestatem, non inveniunt, ubi figant pedem, quia *constituenda* DEO obligatio per Votum in pollicitationis nititur efficacia simul, quæ vero non existit sine re: res autem non dependet à filiofamilias, sed à Patrefamilias, ergo etiam votum non rectè promittitur à Filiofamilias, sed à Patrefamilias *c. 2. caus. 20. qv. 4. c. 26. de Elect. c. 14. caus. 32. qv. 2.*

#### Thef. XV.

### *Cura Ecclesie parochialis Parochianorum nemo se subtrahere potest.*

Parochia est quasi quædam Civitas Ecclesiastica, in qua Parochiani parochio suo quasi ex contractu quodam sunt obstricti ad actus jurisdictionales sine scandalo aliorum servandos, cautò tamen opus, ne Sacerdos curâ vel Superior ordine ecclesiastico sæviat ad conservationem Ecclesie externæ sæpe apparentem, in internam, seq; immisceat imperando. vid. *Schilter. de Libert.*

*Libert. Eccl. Germ. c. 1. & 2. Clem. 1. de privil. c. Episcopus 7. de Officio Ordinarii in 6. Actus vero Cura e. g. usus sacramentorum, der Hirchgang, non arguunt parochianum; sed possessionem juris c. 8. de caus. poss. & propriet. Nec tamen licentiosæ libertatis res est; mutare parochum pro lubitu parochiâ non mutatâ, quia, simul turbatur ordo in Ecclesia, quem vult Princeps & conservat frequens Visitatio. c. 1. de Cens. in 6. Winzler de Jurid. Ep. Germ. tit. 10. n. 3. Carpz. p. 3. t. 1. def. 1. n. 8. 11. 12.*

Thef. XVI.

*Jura vasallistica non rectè referuntur ad communia Jura Rerum & Personarum.*

Contractus feudalis & investitura, quæ propriè ab initio feudum sub promissione fidei constituunt novus plane fetus J. F. sunt, unde postmodum alii fluunt effectus, qui post contractum celebratum non desinunt, sed fides & servitia in futurum præstantur. Nec asserendum est, utile dominium tantum à civili gradu differre, vel etiam ab usufructu, adjuvante, l. 4. de usufr. quia rem simul afficit, & ad ea se extendit, quæ non sunt in numero fructuum, & tam proprietatis vel dominii speciem non induit. Et licet certus videatur adesse status in Vasallo, at tamen in nulla Domini actione id principaliter intenditur contra Vasallum, ut Vasallus dicatur, sed ut præstentur servitia, & fides.

Thef. XVII.

*Feudum est res, in qua aliquis, Dominio sibi reservato, Vasallo, sub obligatione fidei & servitiorum, plenum jus utendi fruendi constituit.*

In qua definitione se (1) sistit Objectum res, quæ etiam mobiles & jura sub se comprehendit, sine objecto enim feudum nec concipitur (2) primarium subjectum est Dominus rei quatenus sibi reservat dominium, quod dicitur directum, id

B 2

quod

quod plures iterum subsequuntur effectus e. g. jus petendi laudemium pro recognitione alicujus pro Vasallo, reunio cum dominio utili arg. §. 2. de Usufr. l. 6. 7. de Usufr. eorum rerum &c. (3) alterum subiectum sustinet *Vasallus* sive fidelis, miles, sine distinctione sexus vel dignitatis. Sequitur (4) forma, scilicet *fides* non quatenus pro fidelitate sumitur, sed ut complectitur etiam reverentiam erga Dominum, Dominique erga Vasallum, & denique omnem utilitatem & commoditatem Domini promovendi studium, hæc enim per fidem in omni feudo debent præstari, etiam si (5) adjunctum, *servitia* scilicet, denegentur vel ob naturam feudi vel intercedens pactum, hæc enim essentiam feudi non ingrediuntur, quamvis fidei præstatio per ea maxime se exerat. Principalis denique (6) effectus ratione Vasalli est *jus utendi fructu*, per quod omnes rei concipiuntur utilitates, iis exceptis, quæ plenam rei alienationem involvunt, nisi adsit casus *extrema necessitatis*. Hæc itaque omnia (7) exoriuntur ex *feudi constitutione*, quam absolvit sola investitura pro toto actuum complexu sumta, & eatenus contractum quoque feudalem comprehendente, quatenus eum consequitur *acquisitio* feudi l. f. 25. 26. 2. f. 33. 2 f. 23. Jus quippe reale & personale ut peculiare juris species ex novo feudali jure tam ratione Domini quam Vasalli ex feudo jam *constituito* fluunt, exceptâ Jurisdictione, quæ à lege conferitur utrique contrahentium sine intercedente Domini vel Vasalli factio, si judicialis illa, quæ judicium causæ feudalis tantum comprehendit, non extrajudicialis & ad exhibitionem fidei pertinens intelligatur. Quamvis etiam judiciali & propriè ita dictæ sæpè per pactum & utiliter derogetur, præmissis si Vasallus non recognoscat superiorem, ut quando super causis feudalibus in certum judicem compromittitur.

#### Thef. XIX.

*Investitura abusiva inducit neque commune jus in re, neque jus ad rem.*

Abusiva hæc investitura à contractu feudali distincta est concipienda, & sic nil participat de jure *ad rem*, neque de jure *in*

*in re*, quia vera traditio non est, neque eam insequitur jus *in re* vel possessio 2. f. 2. pr. 1. f. 1. 2. f. 16. Quidam DD. secus statuunt, si intercesserit stipulatio per l. 24. de Reb. Cred. it. arg. 2. f. 7. §. 1. Nudam tantum Vasallo dat facultatem hæc investitura rem feudalem apprehendendi licet operetur præcisam promissi feudi traditionem. 1. f. 4. 2. f. 25. §. 5. verb. si facta. Et, si Dominus in mora, interesse quoque moræ 2. f. 7. §. 1. arg. l. 1. de A. E. V. etiam quod ex feudo percipere potuisset per redditus Ravenn. 2. f. 7. §. 1.

Thef. XIX.

*Jure Saxonico non Jus Agnationis, sed simultanea investitura tribuit Jura feudi.*

Regulariter enim Jura ibi devolvuntur in descendentes. *Lehn R. c. 21. in f. c. 31.* quare agnati omne jus suum ex *contra-ctu feudali* cum Domino celebrato & investitura, ut *proprium*, derivant. Adeoque etiam inter eos æqualiter sine proximitatis aliquo respectu successio est computanda, nisi in literis investituræ fiat mentio, *der Sipzahl*, aut communis juris successionem familia receperit. *Rosenthal. l. 9. concl. 81.*

Thef. XX.

*Expectativa Jure Feudali sunt licite.*

Fiunt non tantum de re allodiali sub Cl. Wenn es sich uns erlediget vel wenn der Vasall stirbt. Ex unaquaque promissione Dominus & hæredes ejus casu eveniente, wenn der Fall geschehen/ obligantur ad feudum tradendum. Hunc autem de feudo disponendi modum alii præcipuè ex hac ratione rejiciunt, quod sit contra *bonos mores*, de bonis viventis pacisci & votum de ejus morte fovere. c. 3. de conc. præb. in 6. c. 2. X. ib. l. f. C. de pact. Quod igitur canonum attinet justitiam, finis prohibitionis ex reservato Pontificis in d. c. 3. abunde incalescit, quod per se hoc negotium non sit contra bonos mores, quia Pontifex illius approbationem propter rationem politicam sibi reservavit; Jus vero civile ex alia plane lege antecedentia & quidem

publica deducit fundamenta per quam juri testandi per pacta non poterat derogari, sed certus adipiscendi hæreditatem erat præscriptus modus & titulus, de hoc autem disponendi modo, etiamsi Cl. in mortem alicujus sonet, nihil cautum est in J. Feudali, sed potius contrarium prospectum Jure Civ. l. 25. 28. de usu & usufr. earum rerum &c. quod liceat in casum rei ad nos certò eventuræ ita disponere, nec aliquod votum prohibeat captatorium, & denique etiam bona conscientia eam expectativam acquirere.

Thef. XXI.

### *Obligatio Juris Natura à Legislatore non tollitur sed impeditur.*

Totum jus nostrum collectum est ex principiis naturalibus, juxta quæ metiendum quoque; & ideo à Justitia nomen obtinuit ut bonum & æquum nominari possit. Quare Legislator utrumque tuetur tam jus *permisivum* quam *præceptivum*. Hoc nempe Jus Naturæ *præceptivum* providentiæ diviniæ lex est §. pen. J. de J. N. G. & C. penitus *immutabile*, quia se fundat in ipsa bonitate & malitia quoad convenientiam & disconvenientiam cum natura divina. Hoc vero quod *permisivum* tale est magis *corpus* quam *animus* respicit h. e. corporales necessitates, ut nempe libertatem occupationis, quod jus apertius fit ex specie illa *venationis*. In hisce siquidem ratiocinatio dominatur cum necessitate & utilitate Reipublicæ, ne præceptis Juris N. universalibus e.g. Deus est colendus, perjurium non est committendum, socialitas est conservanda, per impedimenta harum indulgarum facultatum v. g. quod omnis fera cedat occupanti, Reip. detrimentum inferatur. Sic ergo non injustè Legislator feras exemit rebus nullis, &, ut alias res, per occupationem sibi fecit proprias, quoniam Jus Naturæ etiam Principi indulget *jus occupandi*, & ex naturali ratione per dominium *eminens*, cui primario res subditorum serviant, Reipublicæ feras fecit *propriis*, quæ nondum subditorum fuerunt l. 3. pr. l. 5. §. 1. de A. R. D. l. 26. de A. vel O. P. & sic regula l. 3. de A. R. D. manet



manet firma, quia non tollitur facultas sed impeditur exercitium. Et idem judicandum est de libertate, quæ propriè neque datur neque adimitur *l. 64. de cond. indeb. add. pr. d. de libertin.* Et hoc quoque modo *l. 6. de J. & J.* dicitur detrahi Juri N. non obstante *l. 10. de SCto Maced.* ubi jus civile videtur contractam naturalem obligationem impedire, attamen dictæ Juris analogiz non resistit. Sed distinguendum est inter impedimentum *plenum & minus plenum*, illud vel in pœnam, ut in usucapionibus, vel in favorem, ut in SCto Vellejano obvenit, hoc vero impedimentum minus plenum intelligitur, quando ob aliam exuberantem æquitatis rationem & peculiarem & *singularem* negotio contrahendo propter dubiam ejus æquitatem hanc addit limitationem, quod e. g. filios familias indulgeat exceptionem. Solutione igitur facta *vid. l. 9. §. f. ad SCtm Maced.* confitetur quasi æquitatem, nempe locupletationem & sic manet intacta obligatio. *in l. 10. ibid.*

#### Thes. XXII.

### *Non fuit communio bonorum primaeva;*

Scripturæ & Naturæ lex nos docet *Escl. 17. Genes 9, 9, 10.* quod à Deo primis Parentibus fuerit data *facultas* res creatas sibi subjiciendi, & per eos atque post eos aliis quoque concessa, ex quâ *proprietas* proceffit & *dominium* accedente rei occupatione. *Nec rectè vel actualis vel potentialis vel alia communionis species, asseritur, licet aliàs potentiale dominium* Strauchii non sit adeo iniquum, quia illud etiam Jure Civili dicitur transire sine possessionis apprehensione. *l. 20. C. de pact. l. pen. de A. vel O. P. l. 80. de Leg. 2. l. 80. de lib. & posth. l. 3. de usurp. & usuc. l. 2. 3. de publician.* Placuit tamen magis hanc tueri sententiam, quam ipse Justinianus in multis est secutus. Et ille quidem *§. 1. J. de R. D.* reliquit inter res communes aërem, aquam, mare & littora maris, quoniam hæc objecta quoad proprietatem, partim non possunt in solidum possideri, partim usus gratia non sunt propria, quia citra illius detrimentum sine ullo labore cuivis usus sufficit, adeoque manet intacta hypothesis, quod etiam his in rebus, quâ quis eas possidet, non possit turbari ex jure alicujus communio-

munionis. Atque sic etiam *l. 5. de J. & J. mihi non reclamat*, in qua *distinctio dominiorum* Juri G. adscribitur, ex qua vero nondum patescit, per Gentes discessum fuisse à quadam communione, & tunc non dicuntur *constituta*, sed *distincta* fuisse dominia scilicet jam per titulum domini translativum à Deo datum & ipsam accedentem occupationem *constituta*, quoniam protervia hominum, (cujus causa non est communio sed corruptio naturalis) circa fines dominiorum periculosissimas excitabat lites, ex litibus odium, ex odio injuria, ex injuria bellum oriebatur, ut exegerit necessitas & utilitas publica clarius distingvere fines & terminos, & præcipue per certos acquirendi & amittendi modos, naturaliter enim legibus evenit quod egeant interprete *l. 2. §. 2. de O. J. Genes. 1. v. 26.* Ex quibus hoc unicum annecto, coetera ulteriori disquisitioni relinquo, quod res *propria*, extrema etiam urgente necessitate, non iterum vel quoad proprietatem vel usum fiat communis e. g. panem auferens invito Domino furtum omni tempore committit, & quæ huc plura referri apta forent. *c. 3. de furt. Perez. ad C. de Navit. non exc. c. 26. dist. 5. de Consecr. Diff. Hugo Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 6. sed insertus arg. §. 9. ibid.*

Thef. XXIII.

### *Mare est Objectum Domini.*

Est enim corpus, quod agnoscit terminos, si non in se, tamen extra se *Job. 38. v. 8. §. 3. J. de R. D.* & sic occupationem admittit, quare & acquisitionem *Domini*, licet *usus* maris maneat omnes *§. 1. de R. D.* usus enim ille præter detrimentum proprietatis & ad sufficientiam omnibus & singulis supperit, & partim simul *brutis* communis est, partim etiam hominum proprius *§. 5. J. de R. D.* Et humanitatis non esset officium, usum maris etiam facere proprium, quâ proprietate aliquis aliis noceret, & sibi non prodesset. Sic quando Imperator *juris publici* mare dicit, proprium simul Romani populi nominat, *§. 5. J. de R. D. l. 15. 16. de V. S. conf. Puffend. l. 4. c. 5. §. 5. Diff. Grot. 2. 2. 13. de J. B. & P.*

Nec

Nec quis putet, inane hoc esse dominium, quoniam exinde jus puniendi Domino simul resultat in eos, qui securitatem maritimam lædunt, & quamvis hæc occupatio quoad oceanum videatur impossibilis, attamen mare manet objectum domini, & junctis viribus non repugnat vel domini in oceano acquisitio vel acquisiti defensio.

Thef. XXIV.

*Nullum jus successionis jure Natura determinatur.*

Removeo prius illos titulos, arrogationem, additionem & possessionem bonorum, per quos universitas acquiritur, quoniam extra aleam dubitationis est positum, quod juris civilis tantum sint, & effectus pariant civiles, & solum de successionis jure agam quatenus vel venit per testamentum vel ab intestato, vel per alium quemcunque modum. Et jure N. hæredi nullum jus conceditur in bonis defuncti, licet non contraria sit ei successio, imò nec Jure G. *Pufend. lib. 4. c. 11. §. 18.* Nec audiendi sunt qui Juri publico testamenta adversari excogitarunt, ut *Argentius in Consuet. Britannia tit. 22. p. 1902. Boërius in Consuet. Bituric. ad tit. de Testam.* dum non distinguunt id quod *per accidens* rei obvenit ab eo quod rei in est *per se*. Ut vero ad scopum quæstionis redeam, constat quidem, quod jus Civile in positione modorum deferendi & acquirendi bona & præsentandi personam defuncti reflexionem maximam ad, humanitatis rationem & proximitatem sanguinis habuerit, utque familiæ conserventur, aut non quia Testatoris voluntas *presumpta* fuit, vel Jus N. non aliter voluerit, sed quia Legislatore ita placuit. Ex quibus hinc infero, quod etiam filii verè J. Civ. in paternam veniant successionem, nec continuationem paterni domini adesse. Et sic facilis etiam est decisio: An voluntas ultima non juxta leges facta hæredem ab intestato obliget vel instituto verum jus tribuat? utrumque negatur, etiamsi si sciat hæres ab intestato, hanc fuisse voluntatem defuncti, quæ tamen tunc obtinent, si lex imperet solennitates arg.

C

l. 38.

*l. 38. de fideic. libert. & utrobique circumstantiarum ratio est habenda & conscientiæ præprimis consulendum. conf. l. 5. §. 15. de Don. inter V. & Ux. Gros. de J. B. & Pac. l. 3. c. 7. §. 6.*

Thef. XXV.

### *Jus Natura non præcipit Nuptias esse contrahendas.*

Secus enim omnes homines obligarentur contrahere Nuptias, quos tamen non jubet id facere dictamen rectæ rationis, nec imperat nuptias continentibus 1. Cor. 7. vel impotentibus, quia per eos finis matrimonii non impetratur *Gen. 1. v. 28.* Necessitatis igitur quidem est (1) propter uestiones nubere, (2) svaedet quoque natura societatem, sed non præcisè hanc, vel illam. Nec est, quod urgeas, à naturâ intendi perfectissimam. Nam sane ea non est perfectissima, quæ inter virum intercedit & uxorem, sed potius, quæ in unione cum DEO consistit, quæ absque illa consistere potest, licet illa absque hac subsistere non debeat.

Thef. XXVI.

### *Jus Gentium est distincta Juris species.*

Non longus sum in enumeratione aliarum sententiarum, utpotè quæ ex sequentibus suam patiuntur limitationem. Et non diffiteor in hoc opinionum labyrintho ipsius Triboniani lapsus, dum modo J. G. modo J. N. attributa & prædicata commiscet *l. 1. 2. de J. & J. §. pen. J. de J. N. G. & C. §. 11. de R. D. l. pen. de J. & J. l. 2. 4. de R. D.* Quoniam ea, quæ J. N. sunt, & soli homini competunt, ab iis, quæ homini cum brutis communia dicuntur, *in pr. J. de J. N. G. & C.* distingvere voluit, & sic ea, quæ propriè J. N. sunt per denominationem J. G. proposuit. Verum enim vero immotum nihilominus manet, quod J. N. à J. G. differat specie. Siquidem (1) id patescit ex causa efficiente, J. N. enim per legem æternam sive semen æternæ legis menti hominis

minis ab ipso DEO insculptum est, Jus G. vero à ratiocinatione  
 cum necessitate & utilitate Rerumpublicarum ortum ducit, §. 2.  
*J. de J. N. G. & C.* & naturale eatenus dici potest, quod illud pe-  
 pererit non opinio hominum, sed certa scientia. Gentium vero  
 idem jus nominatur, quia humanarum Gentes naturali ratione &  
 melioris diviniorsque naturarum præcepto quodam & uno consen-  
 su & eadem sententia æquè id observant & custodiunt. (2) Effec-  
 tus etiam discrimen indigitat, Jus N. est purè *immutabile*, qua-  
 tenus scilicet *natura rerum* cum humano genere illud *prodidit* l. 11.  
*de J. & J. §. 11. de R. D.* & tunc neque totum, neque pars ejusdem  
 juris; neque principia; neque conclusiones mutari possunt.  
 Jus G. vero *mutabile* est, cum mutetur necessitas & utilitas, nec  
 cum hac mutatione perit ratio Juris N. vel ipsam Jus N. corrup-  
 pitur, quod æternum est. Anima enim & corpus constituunt  
 hominem per unionem ut speciem, & post solutionem corporis  
 & animarum, anima tamen manet incorruptibilis. Forma igitur  
 Juris G. (3) haud consistit ex certis principiis, quæ præcisam &  
 immutabilem convenientiam & disconvenientiam cum natura  
 divina involvunt *conf. tb. 21.* utpote quæ ad nullum objectum ex-  
 ternum, vel ad ejusdem utilitatem & necessitatem patiuntur re-  
 strictionem & vinculum, sed ex iis Juris N. fundamentis, quæ  
 magis ad statum naturalem & corporis conservationem spectant,  
 quæ Jus N. in medio reliquit, ut adeò pro modo utilitatis & ne-  
 cessitatis publicè super iisdem disponi queat, secundum nor-  
 mam Juris N. e. g. libertas, occupatio &c. Nec ad stipulor deni-  
 que iis, qui cum Civitatibus illud J. G. cœpisse cogitant, vel  
 spontanearum receptionis esse, nisi per pacta Gentium hoc firma-  
 tum sit. Utriusque sententiarum defensores contra rationem legis  
 formalem & effectum militant, quod lex (1) invitos obliget &  
 (2) non parentes punire possit, id quod non solum exempla  
 probant, sed etiam non obedientes legi J. G. serò cum damno  
 sapiunt, ut de Phrygiis est proverbium. Non tamen in eo ab  
 iis recedo, quod quoad *observantiam* Gentibus multum sit tri-  
 buendum.

Thef. XXVII.

*Subditis Jus belli adversus Superiorem non competit.*

Bellum quidem licitum Juris est remedium, etiam privati contra privatum, exigente tamen necessitate, *Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 2. §. 5.* contra Superiorem tamen non est indulgendum, quia DEO judicium injuriarum subditis illatarum est committendum, nisi mandata sua contra amorem erga DEUM dirigat, & exequatur ea cum periculo vitæ in subditos; tunc non invadendi, sed defendendi potestas competit. *Grot. l. 1. c. 4. §. 1. it. §. 7. n. 4.* occidi vero non debet Rex, propter præceptum divinum. Secus vero seres habet, si subditi quoad jura sua defensionem sibi reservaverint pacto, qua ratione non ut subditi, sed ut æquales in ordine ad J. N. sunt judicandi, ubi exempti sunt ab ejus jurisdictione. Quando igitur Princeps ejusmodi sævire incipit in libertatem & jura pacto ejusmodi cincta, recte se defendunt *vid. quoad fœdus Schmalk. Linn. lib. 4. c. 8. n. 31. Carpz. c. 4. ad L. Reg. sect. 6. Anton. Faber de Relig. Reg. c. 5.*

Thef. XXIX.

*Gentes moratiores non sunt definitæ.*

Romani extra imperium suum omnes vocabant barbaricas, quæ non in amicitia eorum & fœdere erant. Sic & Græcis extra Græciam omnes habebantur barbaricæ, qui dissentendi modus ad nostra usque tempora permansit. Gentium moratiores meminit *Grotius l. 3. c. 4. §. 19.* Sed non definit neque determinat *l. 1. c. 1. §. 12.* quoniam nec omnes nobis adhuc cognitæ sunt. Ex quibus saltem hanc nectō sententiam, quod per observationem præceptorum Juris G. apud Gentes, Gentes non probentur moratiores, sed moratiores sunt, quæ inspectâ naturali ratione humanâ accedente necessitate, ea observant, quæ ab omnibus æque observari debent, *vid. l. 9. J. de J. l. 1. de A. R. D. Pufend. in Diss. Acad. sel. Diss. I. de Obl. erga Patriam. p. m. 20.* Cognitu tamen difficile est, proprium ob amorem, & diversas  
loco-

locorum & morum habitudines, discernere Gentes, quoniam multa iusta sunt, quia iusta, quorum vera ratio nos latet.

Thef. XXIX.

*Jus Gentium etiam dici potest positivum.*

Præcipuis verò, si sumatur *subjectivè*, quando jus jactum constitutum aliarum fit Gentium per receptionem e.g. Jus feudale, Jus Servitutis, *vel patrimonium fit*, vel etiam quatenus ratione objecti mutationem patitur, & quoad Gentes in materia indifferenti non præcisè damnum sed cessantem Reip. utilitatem post se trahit e.g. in modo tractandorum captivorum, mittendorum legatorum, denunciatione belli &c.

Thef. XXX.

*Jus Gentium non est consuetudinarium.*

Siquidem per actus gentium jura tantum confirmantur, & docetur à posteriori quid facere possimus, quoniam præsentibus J. G. requisitis statim ratio dicitur à priori, non usus ex post facto accedens, & consensus per usum Gentium uno actu explicat illud & declarat. Nec stabili naturæ hujus Juris repugnat, quod etiam moratiores diversis vivant moribus Gentes, est enim illud vel collectivum vel distributivum. Ad posterius illi mores pertinent qui simul ad genium & indolem Gentis rationem habent, nihil minus tamen quoad rationem juris communem cum aliis moribus conveniunt. Ut enim non omnia omnis fert tellus, & cuivis suæ beatitudines præcipuz, ita etiam non singulorum, non paucorum, quid dicam totorum populorum? imo, quod magis non omnium Gentium mores semper conveniunt. Deo opt. max. devotâ mente ago gratias, & quoniam brevius sum locutus, B. L. obnixè rogitò, ut prolixius judicet. Si placeam, eum imitabor,

si displiceam, opto meliorem intellectum.

## COROLLARIA.

**Q**uoniam omnis actio est jus persequendi in Judicio, quod sibi debetur.

Exceptio litis pendentes in causis ad nomotheticam potestatem pertinentibus non invenit locum.

Spolium admittit exceptionem dominii, si in continenti fiat liquida. *c. 13. 14. X. de Rest. Spoliat.*

Processus summarius & summarissimus non differunt specie.

Fatale appellationis interponendæ, non potest prorogari.

Austregarum jus regulariter non competit Civitatibus imperialibus.

Jus de non appellando non arguit Statum Imperii.

Mandata negativa sive prohibitoria sine Cl. e. g. de non alienandis bonis maternis vel bonis litigiosis, non habent regulariter annexam citationem de docenda partitione. Schwanman, *Obs. 134. n. 1. 2. 4. O. 125. n. 5.*

Jus retorsionis quod Status Imperii contra Statum exercet, (e. g. in exigendo censu den *Abzug/Nachsteuer* à cive ex territorio in alterius Status territorium migrante, Princeps hujus civis, qui recipit eum, rursus hoc jure, in quantum exactio facta est, in suo cive se in civitatem ejusmodi Status recipientis, frui potest) etiam in aliis juribus locum habet. Offi.



Officiales Principis in civium numero non habentur.

Beneficiato ægroto sine imminutione sui beneficii Coadjutor dandus, & salarium ei constituendum est vel ex redditibus parochiæ, vel ex publico. *c. 3. X. de Cler. agrot. c. un. h. t. in 6.*

Si in possessorio uterque æqualiter probaverit, communiter & pro indiviso possideant. *arg. c. 9. vers. cum ergo X. de probat. l. 3. pr. Uti possid. conf. Menoch de remed. retin. pass. remed. 3. q. 87.*

Consuetudine introduci potest, ut copia instrumenti, à Notario concepta plene probet. *conf. c. 9. X. de fid. instr. c. 4. X. de arb. c. 3. X. de foro comp.*

Appellatio extrajudicialis sive provocatio, quæ fit per modum accusationis, potest quoq; interponi post decendum. *c. 8. de Appell. in 6. c. 46. X. de Appell.*

Ecclesiis & aliis piis locis rectè conceduntur feuda.

Subinfeudatio iisdem fiat conditionibus, ne Domino directo superiori onerosa sit.

Absentia unius vel alterius inter pares Curiæ non extingvit Jurisdictionem. *Gail. 1. O. 1.*

Pertinentiæ feudi sunt accessiones rerum, quæ ita per naturam, legem vel destinationem Domini feudali rei ita appropriantur, ut feudum in natura & jure imitentur.

Ali-

**Alienatione feudi ipso jure feudum redit ad  
Dominum directum.**

**Consuetudines feudales admittunt interpreta-  
tionem extensivam.**

**Feudum francum non est feudum impropriū.  
Feudum emtitium non est improprium.**

**Successio feudalis constituitur regulariter per  
modum conventionis.**

**Laudemium Domino proximo est solvendū.**

**Omne feudum triginta annis præscribitur.**

**Si mulier vivente marito dotem promissam  
non intulerit, licet postmodum se offerat ad illa-  
tionem, ut dotalitium constituatur, hæredes  
tamen feudales jure communi eam admittere  
non coguntur per avth. dos data C. de don. ante  
Nupt. Limitationes vid. apud Schulz. in Synopsi  
*J. F. c. 8. n. 233.***

**Feudum hæreditarium etiam merè tale differt  
ab allodio.**

**Fœminam etiam in feudo fœmineo mas præ-  
cedit.**

**Omnes exhibitio honoris regulariter est ex jure im-  
perfecto.**

**In statu etiam naturali locus est injustitiæ.**

**Jure naturæ licitum est omnibus migrare ex Civitate.**

**Jus primogenituræ non est contra Jus Naturæ.**

**Moderamen inculpatæ tutelæ est Juris Naturæ.**

